xpisto reddit flammis clamitur [illegible] non
[illegible] fimbria. C[illegible] virgo [illegible] in
[illegible]
[illegible] Anno 1 79
[illegible] cia. A columba dum tibi[illegible] tota fa
bricatur. orat nexus dissipatur. [illegible]ritur
plebs impia. T ot triumphans in tormen
tis ad superna cum ducentis premittis po
pulorum. I mpetrato quicquid orat ferit
lictor lac irrorat ferientis gladium. C orp
[illegible]elitus ſublatum eſt in ſyna tumulatum.
tumba manat oleum. S yna ſignis illuſ
tur celum ſibi gloriatur addi ſydus aure
um. V irgo ſyons honeſtatis dux et dec
probitatis xpisti reos maieſtatis xpisto re
concilia. V as virtutum via morum. flos
odoris odor florum. nos tuere nos celorum.
transfer ad palatia. A men. andrea.
S acroſancta hodierne feſtivitatis

preconia D igna laude univerſa cathego
rizet ecclesia. M[illegible] ſanctorum ſancti
[illegible] A poſtoli aurore
[illegible] gracia. H ic accep
[illegible] iohanne [illegible] quod venisset qui
tolleret [illegible] eius in manus habita
tula audiebat eloquia. I nventoque fratre
ſito bariona invenimus [illegible]ans meſſya.
et ducat eum ad dulcifluam ſalvatoris p
ſenciam. H unc perſcrutantem maria xpi
vocavit clemencia. A rtem piſcandi omu
tavit. dignitate apoſtolica. H uius anima
poſt clara feſti paſchalis tempora. S ancti
ſpiritus preclara perluſtravit potencia.
A d predicandum populis penitenciam
E t dei patris per filium clemenciam.
G ratulare ergo tanto patre achaya. il
luſtrata eius ſalutari doctrina. honorata
multimoda ſignorum frequencia. E t tu
gemens plora trux carnifex egea te lue

HELS. UNIV.

inferna et mors tenet eterna. et andrea
felicia per crucem manent gaudia. Iam
regem tuum spectas iam adoras iam in
eius conspectu andrea stas. Odorem sua
uitatis iam aspiras quem diuini amo
ris aroma das. Hiis ergo nobis incli
ta dulcedo spirans intima celestis uite
balsama.

De sco nicholao.

Congaudentes
exultemus uocali concordia. Ad beati ni
cholai festiua sollempnia. Qui in cunis
adhuc iacens seruando ieiunia. Ad pa
pillas cepit summa promereri gaudia.
Adolescens amplexatur litterarum stu
dia. Alienus et immunis ab omni lasci
uia. Felix confessor cuius fuit dignitatis
uox de celo nuntia. Per quam prouectus
presulatus sublimatur ad summa fasti
gia. Erat in eius animo pietas eximia.
et oppressis impendebat multa beneficia.
Auro per eum uirginum tollitur infa
mia. Atque patris earundem leuatur in
opia. Quidam naute nauigantes et con
tra fluctuum seuitiam luctantes nauis pe
ne dissoluta. Iam de uita desperantes in
tanto positi periculo clamantes uoce dicunt
omnes una. O beate nicholae nos ad por
tum maris trahe de mortis angustia. Tra
he nos ad portum maris tu qui tot auxi
liaris pietatis gratia. Dum clamarent non
in cassum ecce quidam dicens assum ad ue
stra presidia. Statim aura datur grata.
et tempestas fit sedata quieuit maria.
Ex ipsius tumba manat unctionis copia.
Que infirmos omnes sanat per eius suf
fragia. Nos qui sumus in hoc mundo uicio
rum in profundo iam passi naufragia.
Gloriose nicholae ad salutis portum tra
he ubi pax et gloria. Ipsam nobis unc
tionem impetres a domino prece pia. Q
sanauit lesionem multorum peccaminum in

2

graciam. Per hec autem aue mundo tam facile contra carnis iura. Genuisti plenam norum stella solem noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris xpisti templum extitisti. sed uirgo intacta. Tu floris et roris panis et pastoris uirginum regina rosa sine spina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iusticie. Tu mater es misericordie. Te lapsi fecis et miserie Theophilum reformans gracie. Te collaudat celestis curia. Vue mater es regis et filia. Per te reis donatur uenia. Per te iustis confertur gloria. Virgo maris stella uerbi dei cella et lucis aurora. Paradysi porta per te lux est orta natum tuum ora. Ut nos soluat a peccatis et in regno claritatis quo lux lucet sedula. collocet per secula. Amen.

Mittit ad uirginem Item. non quemuis angelum sed fortitudinem suum archangelum amator hominis. Fortem expediat pro nobis nuncium nature faciat ut preiudicium in partu uirginis. Naturam superat natus rex glorie regnat et imperat ut zima scorie tollat de medio. Superbientium terat fastigia. colla sublimium calcans in propria potens in prelio. Exi qui mitteris hec dona dissere reuela ueteris uelamen littere uirtute nuncii. Foras eiciat mundanum principem matremque facias tecum participem patris imperii. Accede nuncius dic aue cominus. dic plena gracia dic tecum dominus. et dic ne timeas. Virgo suscipias dei depositum in quo perficias casta propositum et uotum teneas. Audit et suscipit puella nuncium. credit et concipit et parit filium sed admirabilem. Consiliarium humani generis et deum fortium et patrem posteris in pace stabilem. Cuius stabilitas nos reddat stabiles ne nos mobilitas mundana labiles secum

Mus. 82
BIBL. UNIV. HELS.

ursinus [illegible] Per datos ueniae optata uenia
per matrem gratie optata gratia in uo-
bis habitet. Reatus diluat et donet gra-
tiam peccati ueniam. Item de dña.
Salue porta cristallina uini panis of-
ficina dire mortis medicina flos mundi
maria. Salue rosa carens spina uirga flo-
rens in diuina de qua nux amigdalina cre-
uit uite uia. Salue uirgo uirtuosa dei ma-
ter generosa plena sancto flamine. Te lau-
demus ut condigne nos accendat deus igne
caritatis geminae. Mira dei caritas deus in-
carnatur. Nouum connubium soli nubit
stella. Nouum puerpium parturit puella
Moyses qua latuit cyrpea fiscella. [illegible]
deus latuit uirgo res tenella. Auris et mens
preuia deo sunt ingressus. Non paret ues-
tigia quibus est egressus. Sicut uitrum
radio solis penetratur. inde tamen lesio nul-
la uitro datur. Sic immo subtilius matre

non [illegible] filius sua p[illegible] p-
ta. P[illegible] integritatio clausa cordis ue[illegible]
nans absque uitio parit sine pena. Non p[illegible]
it lux oculi dum lux euagatur. Nec ma[illegible]
ter flosculi mater deflorantur. Gaudens plus
quam lilium uernans plus quam rosa [illegible]
roga filium uirgo preciosa. Ne post mortem
puniat nos inferni pena sed tecum resociat
angelorum cena. Amen. Item.
Gaude mater luminis quam diuini nu-
minis illustrauit gratia. maria. Salue uirga
regia flore fructu candida diuina potentia.
maria. Tu uirtutum speculum plasmasti
seculum luce claritatis. maria. Plena dei
munere meruisti gignere [illegible] sanctitatis.
maria. Ad te clamant miseri de [illegible] mise-
rie. maria. Te adorant superi matrem om-
nis gratie. maria. Audi uoces terge fletus
nos commenda filio. maria. Et nos tuo
prece tua collocet in solio. maria. A[illegible]